

Peter of Trabibus, Commentary on the Sentences (Florence, Bibl. Naz. D. 6. 359)

Transcribed by Tuomas Vaura¹

Abbreviations

add.	addidit
del.	delevit
fol.	folium
marg.	marginē
om.	omittit
[...]	additio
<...>	additio editoris
(?)	lectura incerta

Liber 2, distinctio 16, quaestio 3. (fol. 21va)

Utrum homo sit imago Dei naturaliter?

Tertio quaeritur, utrum homo sit imago Dei naturaliter? Et videtur quod sic, quia illud convenit alicui naturaliter quod inest ei per sua principia naturalia et intrinseca. Sed homini inest per intellectum et voluntatem, quae sunt potentiae suae naturales, esse ad imaginem Dei. Ergo est naturaliter.

Contra, nullum procedens ab aliquo artifice, per modum artis et voluntarie habet esse ab eo naturaliter, immo distinguitur ab eo. Sed homo procedit a Deo voluntarie per modum artis. Ergo est imago artificialis, non naturalis.

Respondeo, dicendum, quod sicut dicit Priscianus, hoc idem faciunt adverbium iuncta verbis, quod faciunt adiectiva iuncta nominibus substantivis. Adiectiva autem ponunt formam suam sive significationem circa substantiva, sic ergo faciunt adverbium. Et ideo istud adverbium 'naturaliter' ponit significationem circa istud verbum 'est'. Et potest ipsum determinare ex parte ante, et tunc est sensus, quod homo sit imago Dei per sua principia naturalia, et sic est vera. Vel potest determinare verbum essendi a parte praedicati, et tunc est sensus, quod homo sit naturalis imago Dei, id est, ab eo genitus naturaliter. Et sic est falsa, quia solus Filius est talis. Et quia

¹ The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. I would like to thank Annemieke Verboon, who has helped me to improve the transcription. The line division of the transcription follows the line division of the manuscript.

The transcription may be cited as follows:
Peter of Trabibus, *Lectura* lib. 2, d. 16, q. 3, Tuomas Vaura (ed.), *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* -project. URL = <<https://blogs.helsinki.fi/rationality-in-perception/texts/>>. 2019.

comminus(?) adverbia determinant verba a parte praedicati, quia verba sunt partes praedicati, ideo illa magis debet reputari falsa quam vera, nisi per aliquod determinetur. Est tamen vera sub sensu sub quo dixi.

Et per hoc patet quid debet dici ad utrumque argumentum quia unumquodque contra veritatem.